



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Acta Pacis Westphalicæ Publica**

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Schluß des Jahrs 1647. biß in den Monath Junium des Jahrs 1648. zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt ...

**Meiern, Johann Gottfried von**

**Hannover, 1735**

**VD18 90103157**

N. I. Formalia desselben.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52461](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52461)

1648.  
Mart.

## §. XXIV.

1648.  
Mart.

Der Schwedische Satisfactions-Punct wird unterschrieben.

Nicht minder wurde der Schwedische Satisfactions-Punct, sowohl von beyderseitigen Gesandten, als auch von den beyden Directoriis, dem Chur-Mayn-  
hischen und Sachsen-Altenburgischen, wie nachstehende Notul sub N. I. anzeigt, unterschrieben.

## N. I.

Dictatum Osnabr. d. 16. Mart.  
Anno 1648. per Altenb.

*Articulus de Satisfactione Suecica.*

Repetitis conditionibus Præliminaribus Art. de Reformatione Justitiæ præfixis, de Satisfactione Regiæ Majestatis Sueciæ conventum est, ut sequitur:

Porro, quoniam Serenissima Regina Sueciæ postulaverat, ut sibi pro locorum hoc bello occupatorum Restitutione satisfierit, Pacique publicæ in Imperio restaurandæ condigere prospiceretur; Ideo Cæsarea Majestas de consensu Electorum, Principum & Statuum Imperii, cum primis interessatorum, vigoreque præsentis Transactionis, concedit Eidem Serenissimæ Regiæ & futuris Ejus Hæredibus ac Successoribus Regibus Regnoque Sueciæ, sequentes ditiones pleno Jure in perpetuum & Immediatum Imperii Feudum.

Primo, totam Pomeraniam Citeriorem vulgo Vor-Pommern dictam, una cum Insula Rugia, iisque finibus contentas, quibus sub ultimis Pomeraniæ Ducibus descriptæ fuerant, adhæc e Pomerania Ulteriori Stetinum, Garz, Dam, Golnau & Insulam Wollin, una cum interlabente Odera & mari vulgo das frische Haff vocato, suisque tribus ostiis, Pein, Swine & Dievenaw, atque adjacente utrinque Terra, ab initio Territorii Regii, usque in mare Balticum, ea latitudine littoris Orientalis, de qua inter Regios & Electorales Commissarios circa exactionem limitum & cæterorum minutiorum definitionem, amicabiliter convenietur.

Hunc Ducatum Pomeraniæ Rugiæque Principatum, una cum Ditionibus locisque annexis omnibus & singulis ad ea pertinentibus Territoriis, Præfecturis, Urbibus, Castellis, Oppidis, Vicis, Pagis, Hominibus, Feudis, Fluminibus, Insulis, Lacubus, Littoribus, Stationibus, antiquis Vectigalibus & Redibus, & quibuscunque aliis Ecclesiasticis ac Secularibus bonis, nec non Titulis, Dignitatibus, Præminentis, Immunitatibus & Prærogativis, cæterisque omnibus ac singulis Ecclesiasticis & Secularibus Juribus ac Privilegiis, quibus Antecessores Pomeraniæ Duces ea habuerant, incoluerant & rexerant, Regia Majestas Regnumque Sueciæ ab hoc die in perpetuum pro hæreditario feudo habeat, possideat iisque libere utatur & inviolabiliter fruatur.

Quicquid etiam Juris in collatione Prælaturarum & Præbendarum Capituli Caminensis antehac habuerunt Duces Pomeraniæ Citerioris, habeat imposteriorum Regia Majestas Regnumque Sueciæ perpetuo, cum potestate eas extinguendi, reditusque mensæ Ducali post modernorum Canonicorum & Capitularium decessum applicandi; quicquid autem Ulterioris Pomeraniæ Ducibus competierat, competat Domino Electori Brandenburgico, una cum integro Episcopatu Caminensi ejusque Territoriis, Juribus & Dignitatibus, prout infra pluribus explicatur.

Sünstter Theil.

§fff

Ti-

1648. Mart.

1648. Mart.

Titulis & Insigniis Pomeraniae tam Regia Domus quam Brandenburgica promiscue utantur, more inter priores Pomeraniae Duces usitato: Regia quidem perpetuo, Brandenburgica vero quamdiu ullus e Linea masculina superfuerit; absque tamen Rugiae Principatu, omnique alia Praetensione ullius Juris in loca Regno Sueciae cessa: deficiente vero Linea masculina Domus Brandenburgicae, omnes praeter Sueciam alii Titulis & Insigniis Pomeranicis abstinebunt: Atque tunc quoque Ulterior Pomerania tota, cum Citeriori Pomerania totoque Episcopatu & integro Capitulo Caminensi, adeoque omnibus Antecessorum Juribus & expectantiis consolidata, ad solos Reges Regnumque Sueciae perpetuo pertinebunt, spe interim Successionis & Investitura simultanea gavifuros: ita ut etiam Ordinibus Subditisque dictorum Locorum pro homagii praestatione solito more caveant.

Dominus Elector Brandenburgicus, ceterique omnes interessati, exsolvant Ordines, Officiales & Subditos singulorum supradictorum Locorum, vinculis & sacramentis, quibus hucusque sibi suisque Domibus obstricti fuerant, eosque ad homagium & obsequia Regiae Majestati Regnoque Sueciae more solito praestandum remittunt: atque ita Sueciam in plena iustaque eorum possessione constituunt; Renunciantes omnibus in ea Praetensionibus ex nunc in perpetuum, idque pro se suisque posteris peculiari Diplomate hic confirmabunt.

Secundo, Imperator de consensu totius Imperii concedit etiam Serenissimae Reginae, Ejusque Haeredibus ac Successoribus Regibus Regnoque Sueciae, in perpetuum est Immediatum Imperii feudum Civitatem Portumque Wismariensem, una cum fortalicio Wallisch, Praefecturis Pdel (exceptis pagis Schendorff, Weidendorff, Brandenshusen & Wangern, ad Hospitale St. Spiritus in Urbe Lubeca pertinentibus) & Neuen-Closter, omnibusque Juribus & adpertinentiis, quibus ea Duces Megapolitani hucusque habuerant; ita ut dicta loca totusque portus, cum Terris utriusque lateris ab Urbe in mare Balcicum, liberae dispositioni Suae Majestatis subsint; possitque ea Munimentis & Praesidiis pro lubitu & exigentia circumstantiarum, suis tamen propriis sumptibus firmare; ibique semper pro suis navibus classeque tutum securumque receptum ac stationem habere, ibique de cetero uti fruique eo jure, quod ipsi in caetera sua Imperialia feuda competit: Ita tamen, ut Civitati Wismariensi Privilegia sua sint salva, ejusque Commercia protectione favoreque Regio omni meliori modo promoveantur.

Tertio, Imperator de consensu totius Imperii concedit etiam vigore praesentis Transactionis, Serenissimae Reginae Ejusque haeredibus ac Successoribus Regibus Regnoque Sueciae, Archi-Episcopatum Bremensem & Episcopatum Verdensensem cum Oppido & Praefectura Wilzhusen, omnique Jure, quod ultimis Archi-Episcopis Bremensibus competierat in Capitulum & Dioecesin Hamburgensem (salvis tamen Domui Holfaticae, ut & Civitati Capituloque Hamburgensi suis respective Juribus, Privilegiis, Libertate, Pactis & Possessione Statuque praesenti per omnia, ita ut quatuordecim illi pagii in Praefecturis Holfaticis Trittovienfi & Reinbeccensi, pro moderno annuo canone, Domino Friderico Duci Holfatiae Gottorpiensi & illius posteris, in perpetuum maneat) cum omnibus & singulis ad eos pertinentibus, ubicunque sita sunt, Ecclesiasticis & Secularibus, Bonis & Juribus quocunque nomine vocatis, terra marique, in perpetuum & Immediatum Imperii Feudum, sub solitis quidem insigniis, sed titulo Ducatus, cessante Capitulorum caeterorumque Collegiorum Ecclesiasticorum eligendi & postulandi, omnique alio Jure, administratione & gubernatione Terrarum ad hos Ducatus pertinentium.

Civi-

1648.  
Mart.

Civitati vero Bremensi ejusque Territorio & Subditis præsens suus Status, Libertas, Jura & Privilegia in Ecclesiasticis & Politicis sine impeditione relinquuntur. Si quæ autem ipsi cum Episcopatu seu Ducatu aut Capitulis suis sint aut impostum enascantur controversiæ, eæ vel componantur amicabiliter, vel Jure terminentur, salva interim cuique parti sua, quam obtinet, possessione.

1648.  
Mart.

Quarto, ratione supradictarum omnium Ditionum Feudorumque, Imperator cum Imperio cooptat Serenissimam Reginam Regni Sueciæ Successores in Immediatum Imperii Statum; Ita, ut ad Imperii Comitibus inter alios Imperii Status, Regina quoque Regesque Sueciæ, sub Titulo Ducis Bremensis, Verdenfis & Pomeraniæ, ut & Rugiæ Principis Dominique Wismaria, citari debeant; assignata eis Sessio in Conventibus Imperialibus in Collegio Principum, Scamno Seculari, loco Quinto; Voto quidem Bremensi hoc ipso loco & ordine; Verdenfi vero & Pomerano, ordine antiquitus prioribus Possessoribus competenti explicando: In Circulo autem Superioris Saxonie proxime ante Duces Pomeraniæ Ulterioris: In Circulis Westphaliæ & Inferioris Saxonie loco moreque receptis, ita, ut inter Magdeburgensem & Bremensem Circuli Inferioris Saxonie Directorium alternetur; salvo tamen Ducum Brunsvicensium & Luneburgensium Condirectorii Jure. Ad Conventus autem Deputatorum Imperii tam Regia Majestas quam Dominus Elector suos pro more solito mittant: cum autem utrique Pomeraniæ unum tantum Vorum in iis competat, a Regia Majestate communicato prius Consilio cum dicto Electore, id semper feratur.

Deinde concedit eis in omnibus & singulis dictis Feudis Privilegium de non appellando, sed hoc ita, ut summum aliquod Tribunal seu Appellationis instantiam commode in Germania loco constituat, eique idoneas præficiat personas, quæ unicuique Jus & Justitiam secundum Imperii Constitutiones & cujusque loci Statuta, absque ulteriori provocatione causarumve avocatione, administrent. E contra vero, si contigerit, ipsos tanquam Duces Bremenses, Verdenfes aut Pomeraniæ, vel etiam ut Principes Rugiæ, aut Dominos Wismaria, ex causa dictas Ditiones concernente, ab aliquo legitime conveniri, Cæsarea Majestas liberum eis relinquit, ut pro sua commoditate forum eligant, vel in Aula Cæsarea vel Camera Imperiali, ubi actionem intentam exipere velint. Teneantur tamen intra tres menses à die denunciatæ litis sese declarare, coram quo Judicio se sistere velint.

Præterea concedit eidem Regiæ Majestati Sueciæ Jus erigendi Academiam vel Universitatem, ubi & quando ei commodum visum fuerit. Ad hæc concedit eidem moderna vectigalia vulgo Licentia vocata, ad littora portusque Pomeraniæ & Megapoleos jure perpetuo, sed ad eam taxæ moderationem reducenda, ne commercia in iis locis interdicant.

Exsolvit denique Status, Magistratus, Officiales & Subditos dictarum respective ditionum feudorumque omnibus vinculis & sacramentis, quibus prioribus Dominis & Possessoribus aut Præterentibus hucusque obstricti fuerant, eosque ad subjectionem, obedientiam & fidelitatem, Regiæ Majestati Regnoque Sueciæ, seu ab hoc die hereditario suo Domino, præstandum remittit obligatque. Atque ita Sueciam in plena justaque eorum possessione constituit, verbo Imperiali promittens, se non solum modernæ Regiæ sed & omnibus futuris Regibus Regnoque Sueciæ, ratione dictarum Ditionum, honorum Juriumque concessorum, securitatem præstiturum, eosque sicut cæteros Imperii Status in eorum possessione quietos contra quemcunque in violabiliter conservaturum & manutenturum: atque hæc omnia peculiari-bus Investiturarum litteris omni meliori modo confirmaturum.

Sünstter Theil.

Sfff 2

Tan-

1648. Tandem Cæsarea Majestas de consensu Statuum Imperii promittit, Mi- 1648.  
Mart. litæ Suedicæ ante ejus exauetorationem ejusmodi satisfactionem ab Impe-  
rio, absque onere Regni Sueciæ, præstitumiri, prout cum eadem ex æquo  
& bono peculiariter conveniri poterit. Mart.

Vicissim Serenissima Regina & futuri Reges Regnumque Sueciæ dicta  
Feuda omnia & singula à Cæsarea Majestate & Imperio recognoscant: eoque  
nomine, quoties casus evenerit, Investiturarum renovationes decenter pen-  
tant, Juramentum fidelitatis eique annexa, sicut Antecessores similesque  
Imperii Vasalli, præstando.

De cætero Ordinibus & Subditis dictarum Ditionum locorumque, no-  
minatim Scralfundensibus, competentem eorum libertatem, bona, Jura &  
Privilegia, communia & peculiaria, legitime acquisita vel longo usu obtenta,  
cum libero Evangelicæ Religionis Exercitio juxta invariata Augustanam  
Confessionem perpetim fruendo, circa homagii renovationem & præsta-  
tionem, more solito confirmabunt. Interque eos Civitatibus Hanseaticis,  
eam navigationis & commerciorum libertatem, tam in exteris Regnis Re-  
buspublicis & Provinciis, quam in Imperio, integram conservabunt, quam  
ibi ad præsens usque bellum habuerunt.

Acta & conventa sunt hæc Osnabrugis, die 12. Martii, Ao. 1648.

Johann Crane.

J. A. Salvius.

N. Georg Reigersberger.

W. E. von Thumshirn.

(L.S.)

(L.S.)

Egon Gaill.

Gustav Horn.

### §. XXV.

Chur-Sächsische Protestation wegen des Amtes Egelu und der Insul Wollin.

Erz-Bischöflich-Magdeburgische Reservation über die Stadt Magdeburg.

Obgleich wegen des Amt Egelu, wie im vorigen §. XXIII. gemeldet, von Sächsischer Seiten einige Erinnerungen bereits geschehen waren; So blieb es jedoch dabey alleine nicht, sondern der Chur-Sächsische Gesandte, übergab im Nahmen des Churfürsten von Sachsen, die sub N. I. und II. hier beygefügte Protestation und Reservation wegen des Amtes

Egelu und der Insul Wollin; sodann im Nahmen des Erz-Bischoffs zu Magdeburg, eine Reservation seiner über die Stadt Magdeburg habenden Jurium, sub N. III. wogegen aber, Chur-Brandenburg, sogleich am 30ten ejusd. die Reprotestation sub N. IV. wegen des Amtes Egelu, exhibiren ließ.

Chur-Brandenburgische Re-protestation wegen Egelu.

N. I.

Chur-Sächsische Protestation, das Amt Egelu betreffend.

N. I.  
Chur-Sächsische Protestation wegen Egelu.

Sacræ Cæsareæ & Regiæ Sueciæ Majestatis Majestatis Illustrissimis & Excellentissimis Dominis Legatis Plenipotentariis, paucas ante septimanas Electoralis Saxonice Legatus exhibito quodam scripto ostendit, quod Electoratus Saxonice Jus Directi Domini in Præfectura Eglen à tribus seculis sub quo feudum istud cepit, usque ad præsentem Serenissimi Domini Principis Electoris Saxonice Domini sui clementissimi Celsitudinem, Dominos Comi-